# Quedam notabilia dicta philosophorum

## Aristotilis :–

De semet ipso in neutram partem loquendum est quoniam qui se laudat vanus est, qui non se vituperat stultus.

Viri boni est nescire vel pati vel facere iniuriam.

Difficile est viro in prosperitate amicos probare, in adversis semper facile.

O amici nullus amicus.

Non considerandum ex qua patria quis ortus sed qua patria dignus sit.

Interrogatus quid est quod cito senescit ait gaudium.

Interrogatus quid est amicus ait una anima in duobus corporibus cohabitans.

Sicut visus recipit lumen ex circumadiacente aere sic anima lumen sibi ex doctrinis.

Dicebat certum verum se pati paupertatis incommodum quia non posset egentibus subvenire.

Nunquam verecundiores esse debemus quam cum de diis agitur.

## Anaxagore philosophi

Cuidam sibi mortem filii nuntianti ait: nichil novum aut inexpectatum nuntias, ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs353a/0007
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg